

Annus autem, in quo natus est Dominus secundum Dionisium ^{a)}, 4. erat ^{b)} indictione. Ab anno autem 4. ante incarnationem ¹⁾ iuxta Dionisium ^{c)}, in quo perficitur et finitur indictio, usque in annum nativitat-
tis dominice secundum Ebreos anni sunt 250 ²⁾. Si qua autem summa
per trigenos pleniter ^{d)} annos constiterit ^{e)}, pleniter erit etiam per in-
dictiones. 240 ergo plene indictiones sunt, et remanent 10 anni, quibus
10 iunctis cum annis 3951 anno ab Adam usque in annum nativitat-
is dominice secundum supputationem Ebreorum fiunt 3961. 900 quater
et 360 sicut constant in trigenis, sic et in ^{f)} indictionibus, permanet 1 ³⁾,
quia autem a fine indictionum contra a nobis usque ad Adam compu-
tavimus, 1, qui remanet, 15 est indictio. Ab Adam igitur usque ad
ciclum incarnationis iuxta Dionisium ^{g)} sunt anni 4203 ⁴⁾, qui sunt
8 magni cicli paschales minus 53 annis, qui ante Adam de 1. magno
ciclo paschali defuerant. Ecce ergo cyclus magnus concurrentium, quem
constituit sanctus Beda ad ostendendam ^{h)} diversitatem dominice nativi-
tatis et passionis iuxta Ebreos Eusebii ⁱ⁾ cronicam ⁵⁾, quam sanctus
transtulit Hieronimus ^{j)}, atque Grecos necnon, ut notaret damnum
annorum, qui desunt secundum hos omnes ab anno, quo mundus creatus
est, usque ad nativitatem vel passionem dominicam nihilominus, ut
manifestaret de passione et resurrectione Christi controversiam croni-
carum contra sacram evangelii historiam. Caput mundi iuxta Bedam:
Hic annus caput seculi est, et 1. annus etiam sequentis cicli, indictio 10.,
epacte 15, concurrentes 7, cicli lune 13. annus ⁶⁾, terminus Pasche
12. Kal. Apr. ⁷⁾, Pascha 8. Kal. Apr. luna 18. in anno conditionis se-
culi continetur. Ex hoc anno, in quo conditus est Adam, usque in
annum 253. ante incarnationem ⁸⁾ secundum ^{k)} Dionisium ^{l)} sancto Beda
attestante ^{m)} sunt anni 3952, sicut in sequente ⁿ⁾ ciclo constituit. Ecce

a) Dionissium V. b) erit V. c) Dionissium V. d) fehlt L. e) con-
stetir V. f) fehlt V. g) Dionissium V. h) ostendentam V. i) Eu-
sebique V. j) Ieronimus L. k) iuxta L. l) Dionissium V. m) ate-
stante V. n) sequenti L.

¹⁾ Vgl. oben S. 203.

²⁾ Denn dieser Zeitraum hatte 253 Jahre länger gedauert.

³⁾ Verschiebung der Indiktion um 10 Jahre, da 10 der Rest von 250 : 15 ist;
diese Differenz ist den 3952 Jahren Bedas hinzuzurechnen.

⁴⁾ 3952 + 261 — 8 (Dionysius setzt die Inkarnation ja angeblich 8 Jahre zu
früh an).

⁵⁾ Gemeint ist die hieronymianische Weltära mit 5199 Jahren v. Chr. bzw.
die griechische mit 5500 Jahren v. Chr.

⁶⁾ Vgl. die Ostertafeln für 53 n. Chr., Migne, PL. 90, 827 und 861/2.

⁷⁾ 21. III.

⁸⁾ Vgl. oben S. 203.